

Andreas Daniel Habichhorst    Matthaeus Müller

## **Melchisedeci Sacerdotalem Actum, Benedictionem, In Occursu Abrami Exercitum, Dissertatione Theologica Sexta ...**

Rostochii: Richelius, 1687

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736211926>

Druck    Freier  Zugang



RU theol. 19.März 1687

Habichhorst, Andr. Dan.<sup>le</sup>







MELCHI-  
SEDECI  
SACERDOTALEM  
ACTUM,  
BENEDICTIONEM,  
IN OCCURSU ABRAMI EXERCITUM,  
DISSERTATIONE THEOLOGICA  
SEXTA

*Ad GEN. XIV. 18. 19. 20.*

pleniùs planiùsqve expensum,

AUSPICE DEO-HOMINE,

Pl. Rev. FCtate THEOLOGICA consentiente,

PRÆSIDE

ANDREA DANIELE  
HABICHHORSTIO,

S. TH. D. ejusdemqve PROF. PUBL. ORDIN.

& Consist. Duc. Mekelb. Assess. design.

ad publicam *ἐκτίθηται* Academicam

*In illustris ad Varnum Univers. Auditorio Majori*

*ad d. XIX. Mart. h. mat. A. C. 1687.*

proponit

MATTHÆUS Müller / Dantiscanus.

ROSTOCHII, Imprimebat JACOBUS RICHELIVS, Senat. Typogr.

MELCH-

SEDECI

SACERDOTALEM  
ACTUM

BENEDICTIONEM

IN OCCURSU ARAE EXERCITIAE  
DISSERTATIONE THEOLOGICA

SEXTA

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

ANDREA

HABICHHORSTI

S. THEO. A. IUSTINIANE P. R. O. R. M. P. O. R. D. I. N. I.

ad publicum usum Academiae

in Museo ad huc in usum servatum

MATTHAEUS

KOSTOCKI IACOBUS

## MEMBRUM II.

DISP.  
VI.De  
SACERDOTALI MELCHISEDECI ACTU,  
BENEDICTIONE,  
ostendens

Luculenter hoc ipso declaratum esse cum Melchisedeci  
Sacerdotium præcedenti SACERDOTIS Titulo insinuatam,  
tum rationem ipsiusmet Tituli Sacerdotalis, præcedenti  
versu 18. post Regium à Mose præmissi.



Ipsi igitur SACERDOTIS DEI Altissimi  
Titulo sic satis jam expenso, contraque Ju-  
dæos, Papistas & Papizantes, itemque Cu-  
næum & alios plenius defenso, succedit  
hinc explanandus SACERDOTALIS  
(BENEDICTIONIS) ACTUS. Vix enim  
Abramo ejusque militibus Xenia præbue-  
rat *Melchisedecus* ut REX munificentissi-  
mus, ecce mox eidem, ut Sacerdos devotif-  
simus, *benedicit* & prospera quæque Victori ominatur ac precatur  
dicens : בְּרוּךְ אַתָּה לַיהוָה אֱלֹהֵינוּ וְאַתָּה בְּרֹכֵנוּ  
*Benedictus Abram DEO excelso, possessori cæli & terræ, et tu benedixisti nobis*  
וְאַתָּה בְּרֹכֵנוּ אֱלֹהֵינוּ וְאַתָּה בְּרֹכֵנוּ אֱלֹהֵינוּ  
*Et benedictus DEUS altissimus, qui tradidit*  
*hostes tuos in manus tuas.* Neque enim Sacerdotis officium in sola  
consistere sacrificandi ratione, sed ad munia ejus *Orationem quoque*  
*pro populo solennemque pertinere benedictionem,* jam præced. Membr. 1.  
Artic. 2. punct. 5. ad titulum כֹּהֵן monuimus. De hoc vero BENEDI-  
CTIONIS Actu pluribus jam acturi, recordamur quidem, nos per non-  
nullorum (vid. *Riveti Exercitat. in Gen. h. l. & Danhaw. Disp. de Mel-*  
*chised. quæst. 3.*) vestigia ductos non tantum in præfat. præcedentis  
Disp. 5. Sacerdotalem hunc benedictionis Actum dixisse *geminum,* sed  
& superi Disp. I. primæ editionis *duas* constituisse *benedictionis hujus*  
*partes, alteram ad Abramum, alteram ad DEUM directam;* At verò  
penitius dehinc istum benedictionis actum considerantes, quippe quo  
Sacerdotale Melchisedeci officium, præcedenti jam Titulo insinuatam,  
lucu-



luculenter declarari hic ostendimus, certè non integrum nobis videtur, *benedictionem* ad DEUM directam, quam vocant *Eucharisticam*, partem amplius Sacerdotalis illius benedictionis actus statuere, vel benedictionem illam dividere in *votivam*, quæ devotum pro Abramo votum comprehendat, & *Eucharisticam*, quæ DEO gratias pro insigni victoria Abramo concessa agat, laudesque divinas extollat Melchisedecus; sed benedictionem illam *Eucharisticam annexum* vel *appendicem* actus illius Sacerdotalis appellare malumus: nam & benedictionem *Eucharisticam* aliis non-Sacerdotibus competere dispalescit, nec (quod præcipuum est) divisio illa *rei* esset, sed *nominis* tantum *equivoci* in sua æquivocata: nam benedictio quatenus dividitur in *votivam*, quæ ad Abramum directæ, & *Eucharisticam*, quæ ad DEUM fuit relata, est æquivoca: illic enim benedicere significat *felicia homini à DEO precari*; hic verò *DEUM homini benedicientem laudibus extollere*, uti ex ipsa Actus hujus tractatione, nominisque æquivoci explicatione clarius patebit. Ut enim *Sacerdotalem* hunc (*benedictionis*) *Actum* paulò plenius planiusque consideremus, Disputantium morem servabimus, nil quicquam *Nominis explicatione* prius habituri: Cujus rei gratiâ *duos* constituimus Membri hujus II. *Articulos*, quorum prior quidem *Onomatologicus Nomen benedictionis*, præcipuè *Ebraum*, tam quoad *Etymologiam*, quàm quoad *Homonymiam* evolvet; posterior verò *Pragmatsologicus* ipsam *benedictionis rem* vel negotium partim *theticè* sive positivè, quoad ejus *genus*, *formam*, *materiam* sive objectum cum *reale* tum *personale*, item *Autorem* sive fontem, *annexum* sive *appendicem*, uti & *Affectiones* ac *finem* adstruet: partim *antitheticè* sive *polemicè* *Pantificiorum* objectiones destruet. Esto igitur, DEO benediciente,

## ARTICULUS I. ONOMATOLOGICUS,

sistens

### BENEDICTIONIS VOCEM sive NOMENCLATURAM.

#### Punctum I. de Etymologia.

§. I.

**C**Um enim vocabulorum cognitione ad meliorem ipsarum rerum perveniamus intellectum, *nominis* sive vocabuli *Benedictionis* explanationem præmittere nos minimè pigebit. Est autem

tem vocabulum *benedictionis* non *Ecclesiasticum* sed verè *Canonicum*; sapius enim cum verbum *benedicere*, tum nomen *benedictionis* in libris occurrit *Canonicis*, cum *DEUS* non tantum passim hujusmodi *benedictionem* revelaverit, sed & ipse *benedictionem* erga creaturas usurpaverit *Gen. 1. & 2. &c.* imò & peculiarem deinceps constitutionem certam quadam *benedicendi* formulam ordinaverit. *Num. 6. 22. seqq.*

§. 2. Cum verò in *Etyrnologiam* & *homonymiam* nominis inquirimus, non de *Latina* *benedictionis* voce, sed de *Ebraeis* solliciti sumus vocabulis, quibus fons *Ebraeus* hunc *benedictionis* Actum nobis revelat. Sunt autem ויברכה *& benedixit ei* & ברוך *benedictus*, quorum illud *Futurum* est in *Kal* cum præfixo & affixo; hoc verò *Participium* *Paul.* Utrumq; *Radicem* agnoscit בך, unde nomen ברכה *benedictio* *Gen. 12. 2. &c.*

§. 3. *Radix* בך proprie significat ardentiori quodam animi affectu optare & imprecari sive salutem sive exitium, item *DEO* tribuere sive laudes & gratias, sive probra & contumelias. *Vid. Seldenus de Jure N. & G. p. 253.* Unde vox est ברכה: non enim tantum de *benedictione* sed & *maledictione* adhibetur, quod intelligitur ex contextu *1. Reg. 21. 13. benedixit Naborh DEO & Regi* i. e. maledixit. *it. Job. 1. 5. c. 2. 5. 9. Benedic DEO & morere*, id est maledic. Quamquam posteriori loco nonnullis *benedicere* non videtur accipiendum pro *maledicere*, qui verba uxoris *Jobi* per *Sarcasmum* explicari malunt q. d. adhuc in tua persistis simplicitate, quod *DEO* isti *benedicis*, qui te in istas mortis angustias conjecit?

§. 4. Notandum tamen verbum hoc בך dictam *maledicendi* significatione non per *Antiphrasin* gaudere, quemadmodum quidem *Ravanellus in Biblioth. sacra* ad vocem *Benedicere* p. 192. & *Schindlerus in Lexic. Pentagl.* ad *Radicem* illam opinantur: Neque illam significationem juxta alios ex significatione *valedicendi* vel *renunciandi*, quæ ceteroquæ verbum illud בך gaudere solet: uti enim *benedicere* in accessu ad aliquem est *salutare*, ita in discessu est *valedicere*. *Conf. Buxtorf. Lexic. Chald. Talmud. & Rabbinicum* in R. בך; sed ex idiotissimo potius linguæ vel propriam significationem suam paulò ante dictam obtinere: quomodo & verba *sacrare* atque *imprecari* apud *Latinos* in bona simul ac mala significatione adhibentur.

§. 5. Aliàs verò in conjug. *Kal* notat quoque *genu flectere*, *congenulare* & quidem absolute, quando scil. construitur cum על vel לפני

2. Paral. 6. 13. Psal. 95. 6. &c. Ethinc in Conjug. Piel significat *genus flexo benedicere*, vel *beneficia alicujus extollere, celebrare, laudare*. Qvomo- modo autem verbum hoc, cum de DEO adhibetur, ita ut hic benedicere dicatur, non significet *benedictionem tantum in verbo, sed factio vel opere ipso* h. e. *benedicere notet benefacere* ex seqv. puncto §. 5. patebit.

## Punctum II. de Homonymia.

§. 1.  
**V**ocabulum enim כרכה sive *benedictionis*, uti ipsum verbum כרכה *benedicere* aliaque hinc deducta e. c. *benedictus* ex כרכה ואלא אחרים λεγομένων numero esse deprehendemus, si varias illorum acceptiones evolvere nunc aggrediemur. Accipitur enim (1) & communissimè nomen כרכה pro *devota bonorum precatio*, uti verbum *benedicere* notat *bene precari* sive *vovere* ut DEUS benedicat h. e. benefaciat Syr. 50. 22. Ita *Jacob* benedicebat Pharaoni Gen. 47. 7. 10. ita *Christiani* benedicunt *maledicentibus & persecutoribus* suis Matth. 5. 44. &c. *Parentes* liberis suis, Gen. 9. 26. 27. c. 27. 4. 7. 10. 19. 38. 39. &c. *Sacerdotes & Pastores* Ecclesiae ac fidelibus Lev. 9. 22. 23. 1 Sam. 2. 20. Num. 6. 22. Syr. 50. 22. &c. Huc pertinet phrasis *benedicere sibi in Deo* vel *per DEUM* h. e. *prospera quæque sibi à DEO precari* Jes. 65. 16.

§. 2. Huic communissimæ significationi succedit (2.) alia non infreqvens, qva *benedictio* sumitur pro *laude, celebratione, gratiarum actione*, uti *benedicere* significat etiam *laudes alicujus extollere, celebrare, gratias agere; & benedici laudari, commendari*. Ita non tantum DEO *benedicimus* vel *nomini ejus*, cum *laudes DEI cantamus, eundem celebramus, gratias ipsi agentes* (qvoniam *laudatio DEI*, uti *Ravanellus* in *Biblioth. sacra* l. c. p. 192. ex *Beza* annotavit, cum *beneficentiæ ejus agnitione* est conjuncta) sic Gen. 9. 26. *Noachus*: כרוך יחיה אלתי כרוך יחיה אלתי *benedictus sit Dominus DEUS Semi*. Luth. *Gelobet sei der Herr*. Nehem. 9. 5. *benedicite Domino & benedicite nomini gloriae ejus* ותהלה כל כרכה ותהלה *omni benedictione & laude*: ubi posterius ותהלה est exegeticum prioris כרכה Conf. Gen. 24. 48. Nehem 8. 6. &c. Ita 2. Paral. 20. 26. *vallis*, qva *gratiæ DEO* pro *adepta victoria* sunt *acta*, dicitur *vallis כרכה benedictionis* id est *laudis, gratiarum actionis*, Luth. *Lobethal*: Sed etiam *homines* dicuntur *benedici* id est *laudari, commendari, & benedicti* id est *omni laude & commendatione digni*. conf. Jud.

§. 24. ubi Debora vult, ut *Jabel* præ aliis mulieribus *benedicatur*. Similiter & *consilium rectum* dicitur *benedictum* 1 Sam. 25. ubi David, cum Abigail dixisset v. 23. יהוה ברוך וברוכה. *broch* mox addit v. 33. וברוך טעם וברוכה. *broch* & *benedicta* (gelobet) *sit sententia tua* (consilium tuum) & *benedicta sis tu*. Ad eandem significationem *Ravanellus* l. c. p. 192. refert loca Pl. 37. 26. ubi *semen justi* & *misericordis* dicitur esse *לברכה benedictioni* sive in benedictione id est laude, celebratione. Item Gen. 12. 3. ubi DEUS ad Abramum: & *eris ברכה benedictio* id est laudaberis & beatus ab omnibus prædicaberis. Ut & Zach. 8. 13. ubi *domus Iuda* & *Israël* dicitur futura esse *benedictio* id est laudata maximè &c. quanquam idem Autor p. seq. 194. locum hunc Zacharianum ad aliam refert mox exponendam significationem, quæ *benedictionem esse* significat *amplissima* & *copiosissima* à DEO *beneficia* *obtinere* adeoque *summa felicitate frui*. Ad quam acceptionem posteriorem & Alii loca paulo antè ex *Ravanello* huc relata Gen. 12. 2. Pl. 37. 26. referre malunt, quibus & nos suffragamur, quamvis *laudationem* tanquam consequens non excludamus. Conf. seqv. §. 6. lit. β.

§. 3. Quemadmodum verò in V. T. nomen ברכה & verbum ברוך, ita & in N. T. voces εὐλογεῖν, εὐλογία & εὐλογίαὶς in significatione *laudis, gratiarum actionis & celebrationis* reperiuntur. Sic Luc. 1. 68. εὐλογητὸς κύριος, *benedictus Dominus* Luth. *Gelobet sei der Herr*. Apoc. 1. 12. 3. δόξα καὶ εὐλογία *gloria & benedictio* Luth. *Preis und Lob* &c.

§. 4. Non verò tantum pro *verâ* laude, quam modò exposuimus, sed & (3.) peculiari planè significatione benedictionis vocabulum pro *simulata* *laudatione* h. e. *assentatione* sumitur e. c. Rom. 16. 18. ἀλλὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων Luth. *durch süsse Wort und prächtige Rede* (benedictiones h. e. assentationes, simulatas laudationes) *verführen sie* &c. *Ravanellus* l. c. huc refert phrasin illam: *benedicere sibi in corde* Deut. 29. 19. ut sit idem quod *applaudere sibi, blandiri, omnia fausta polliceri*. conf. Psal. 10. 3. Psalm. 49. 19.

§. 5. Significationem *laudandi* excipit (4.) significatio *benefaciendi* & *ingentia bona conferendi*. Cum enim de DEO dicitur, quod *benedicat*, τὸ *benedicere* notat *benefacere*, sive *ingentia beneficia* &

bona sive corporalia, sive spiritualia, sive æterna conferre & largiri, & *benedictio* denotat bonorum & beneficiorum collationem: DEI enim benedicere non tantum in *verbo* sed *ipso facto* vel *opere* consistit, adeoq; est benefacere conf. Ps. 35. 9. Nam verba DEUS ad benedicendum non adhibet otiosa sed operosa & ponderosa: Unde & DEI benedicentis eloquia sunt ipsius benedictionis media sive vehicula. Hinc benedictio DEI ab Ebræis, nominatim à *Bechai*, Comment. in Num. 6. dicitur *רוכפה טובה* i.e. accessio boni. Sic Job. 42. 12. dicitur, *DEUS benedixit* id est benefecit *מראשית ימים אחרית ימים* h. e. *postremo sive fini Jobi* (uti Targum exponit, qvi l. c. sic reddit: *יהי סופא דמיוב* h. e. *fini Jobi*) *præ principio ejus*: quod Lutherus ita *πρὸς ἀρχῆς: der Herr segnet hernach Hiob mehr den vorhin*. Sic Gen. 24. 1. & 15. &c.

§. 6. Ad hanc *benefaciendi* significationem pertinent (α) loca in quibus *τὸ benedici* vel *benedictum* esse 1. *generatim* significat *ingentia bona consequi, magna prosperitate uti*. Sic Ps. 112. 2. *Generatio rectorum DEumque timentium benedicetur*: hinc seqv. versu additur: *facultas & divitia in domo ejus*. Conf. Ps. 118. 4. &c. 2. *Speciatim* ingentia bona *Spiritualia & æterna* à DEO obtinere. Ita in *Abramo* i. e. *in semine ejus* Gen. 12. 3. c. 22. 18. & c. 26. 4. &c. h. e. *in Christo* Gal. 3. 8. *benedicenda erant omnes gentes*, h. e. *ingentibus beneficiis Spiritualibus & æternis cumulanda*. Ita & *Elefi* Matt. 25. 34. *Benedicti* Patris appellantur. Pertinent huc quoque (β) loca, in quibus *benedictio* sumitur 1. *pro bonis sive beneficiis copiosis, quæ DEUS benedicens largitur, tum corporalibus e. c. largis frugum proventibus, abundantia roris, æris clementia, copia liberorum & pecudum*. Ita Ps. 21. 4. *quia præoccupabis ipsum ברכות benedictionibus bonitatis*, quod patet ex seq. membro. Sic Malach. 2. 2. Et maledicam *ברכות benedictionibus* id est bonis vestris, largis frugum proventibus &c. Conf. Ps. 24. 5. Ps. 133. 3. Gen. 49. 25. Mal. 3. 10. Lev. 25. 21. Prov. 28. 20. Deut. 28. 8. &c. Tum *Spiritualibus*, quæ DEUS in Christo nobis largitur Eph. 1. 3. 1. Pet. 3. 9. Gal. 3. 14. (2.) *pro felicitate & beatitudine*, quæ ex benedictione & bonis tam corp. quam spirit. quæ DEUS benedicens copiosè largitur, provenire solet. Sic Gen. 12. 2. *erisque ברכה benedictio* id est *felicitas* h. e. felicissimus. Conf. Zach. 8. 13. Deut. 11. 26. 27. 29. c. 30. 1. 19. Jes. 19. 24. (3.) *pro dono modò Spirituali* Conf. Rom. 15. 29. cum Rom. 1. 11. *modò corporali*: & hoc vel *honorifico affectumq; contestaturo*. Ita Jos. 15. 19. & Jud.

Jud. 1. 15. *Cabati* filia Othnieli elocanda ad Parentem : *da mihi benedictionem* id est donum. Sic Gen. 33. 11. Jacob ad Esavum : *accipe benedictionem meam* id est donum meum. Conf. 2. Reg. 5. 15. &c. Huc refert Ravanelius loca 2. Reg. 18. 31. & Jef. 36. 16. Vel *Eleemosynario* five larga beneficentia erga pauperes, 2. Cor. 9. 5. 6. Unde & *benedicere* nonnunquam de hominibus quoque; acceptum significat *benefacere*, *beneficientiam erga egenos exercere*. Sic Prov. 11. 25. *נפש ברכה תרשן* *anima benedictionis* id est copiosè benedicens h. e. largiter egenis benefaciens, *impingvabitur*, conf. versum præced. & seqv.

§. 7. Ex his ergo vocum *benedictionis*, *benedicere*, *benedictum esse*, acceptionibus, quæ præcipuæ sunt (reliquas enim scientes præterimus) *primam* h. l. & *secundam quartamque* obtinere (quamvis non in uno, sed distinctis tribus, quibus Moses & Melchisedek hic utuntur, verbis) obscurum esse nequit. In *primo* enim verbo *וּבְרַכְתִּי* *benedixit ei*, quo Sacerdotalem benedictionis actum Moses indigitavit, *to benedicere* primam obtinet significationem *bene precandi* : ardentissimo enim affectu felicia quæque Abramo victori Sacerdos noster precatur & ominatur. In *secundo* autem verbo five *participio priori* *בְּרַכְתִּי* *benedictus sit Abramo DEO*, conspicitur *quarta* significatio *benefaciendi* : Melchisedek enim Abramo hac formula benedicens precatur, ut DEUS ipsi *benefaciat* vel ipse à DEO ingentia bona corporalia & Spiritualia consequatur. In *tertio* denique verbo five *participio posteriori* *וּבְרַכְתִּי* *benedictus DEUS altissimus*, *secunda* significatio *laudandi*, *celebrandi* & *gratias agendi* locum habet. Melchisedek enim hac appendice DEUM pro victoria Abramo concessa celebrat &c. Quæ omnia ex ipsa, ad quam progredimur, pragmatologia clariùs elucescent.

## ARTICULUS II. PRAGMATOLOGICUS.

explanans

Ipsam BENEDICTIONIS REM five NEGOTIUM.

**C**um verò ipsum *Benedictionis* hujus *negotium* five benedictionis *Actus* sacerdotalis non omnino nulli sit obnoxius controversiæ, pluraque simul momenta involvat, paulò distinctiùs is considerari meretur. Rem verò omnem *duobus* includere *punctis* licebit : quorum prius adstruet *Actus* hujus *THESIN* *Definitione benedictionis* inclusam; posterius verò ejusdem *ANTITHESIN* destruet. Pro ma-  
jori

jori verò *thesos* sive *definitionis*, quæ jamjam dabitur, dilucidatione, sex præcipuè momenta hic occurrunt ordine nobis perquirenda: Et quidem 1. exponendum est *Benedictionis* hujus *Genus & forma*, uti & *differentia*. 2. Eiusdem *materia* præcipuè circa *quam* sive *objectum*, quod est *Abram*. 3. *Benedictionis Autor* sive *font*, qui est *DEUS excelsus*, *creator cæli terræque*. 4. Eius *Appendix*, quæ est *laudatio DEI* victoriam *Abramo* concedentis. 5. Eius *Affectiones*. 6. *Finis*. Quorum omnium gratiâ totidem puncti prioris thetici sive positivi *commata* constituere non tantum ordinis, sed ipsius quoque rei, tot distinctas momentorum horummet considerationes poscentis ratione, non pigramur. Esto igitur

## PUNCT. I.

### THETICUM sive POSITIVUM

adstruens

## THESIN

### Ipsius NEGOTII BENEDICTIONIS,

Definitione inclusam,

*Qua*

Benedictionem hanc fuisse Sacerdotalem  
*illaque tam Melchisedeci Sacerdotium, præcedente Sacer-*  
*dotis DEI Altissimi Titulo insinuatam, quam rationem ipsiusmet*  
*Tituli Sacerdotalis, post Regium à Mose præmissi, luculen-*  
*ter declaratam, jure merito statumi-*  
*namus.*

## Comma I. sistens

### Benedictionis hujus GENUS ac FORMAM,

Et horum occasione varias Benedictionis distinctiones ac Benedicentium ceremonias.

§. 1.

**T**hesin verò de Benedictione, quam in præsentî tractamus, sequenti definitione, vel si mavis descriptione, includemus: *Benedictio Melchisedeci* est *Actus votivus* eminent, verè *Sacerdotalis*, quoniam *extraordinarius*, quo ille *Rex Jeruschalem* simulac *Sacer-*

cerdos DEI Altissimi solemniter & publicâ eademque excellentiori autoritate Abramo, summo ceteroqvi Patriarchæ, promissorum quippe divinorum prærogativâ jam conspicuo, simulque victori è bello reduci, prospera quæque & speciatim procul dubio benedictionû ipsi promissarum impletionem, à Summo DEO, cæli terræque creatore (annexâ simul humilimâ DEI victoriam concedentis celebratione) ardentissimè expansis haut dubiè manibus, fuit precatus & bene ominatus, ut ita alterum quoque, Sacerdotale scilicet, officium suum, præcedente Sacerdotis DEI Altissimi titulo insinuatum, post Regiam magnificentiam, proferendo panem vinumque in convivio civili jam declaratam, devotè exerceret ac luculenter declararet &c.

§. 2. *Quod Genus benedictionis Melchisedecianæ in hac descriptione expressum spectat, dicitur 1. quod sit Actus: quoniam Moses hic verbo actionem significante utitur, quod est ויברכהו h. e. & benedixit: quin ipsa vox benedictionis actionem designat. 2. Actus votivus, non Eucharisticus: quia formaliter non est benedictio laudis, quâ homines DEO benedicunt h. e. laudes ipsius prædicant, debitasque pro beneficiis gratias agunt; qualem tamen benedictionem Eucharisticam actu huic votivo annectit Melchisedecus, de qua infr. Comm. 4. sed voti, quia prospera quæque Abramo vovet ac precatur, ut à DEO Altissimo cæli terræque creatore ingentia bona corporalia & spiritualia consequatur. 3. Actus votivus eminens, non vulgaris: quia Melchisedecus non ex vulgari charitate, quâ par pari vel inferior superiori benedicit & bene precatur; sed ex auctoritate officii ipsius DEI nomine Abramo bene ominatur & felicia comprecatur. 4. Verè sacerdotalis, quoniam benedictio votiva ad sacerdotale officium spectat: non enim tantum ad sacrificandum, sed ad intercedendum quoque & benedicendum populo constitutos esse Sacerdotes Num. 6. 22. seqq. præcedente Disput. V. Art. 2. punct. 5. asseribamus. Hinc & benedictio Melchisedeci tanquam verè sacerdotalis à Spiritu S. ad Ebr. 7. 6. 7. tantopere laudatur, ut hinc ad excellentiam sacerdotii Christi, quod Melchisedecus præfiguravit, supra Leviticum sacerdotiû ibid. concludatur, de quo infr. Com. 5.*

§. 3. *A Genere benedictionis ad formam ejus procedimus, primo de interna solliciti, dehinc verò de externa. In formam quidem rei internam penetrare quodammodo difficile est; hic tamen non multum aberraverimus, si formam benedictionis internam, in ardentissimâ*

P

simâ



*simā comprecatione solenniter & publica autoritate officii sacerdotalis factā, consistere dixerimus. Per comprecationem enim distinguitur à benedictione laudis, sive Eucharistica: per voces; solenniter & autoritate officii sacerdotalis, à benedictione votiva vulgari nonsacerdotali &c. quorum quidem jam præced. §. 2. quendam fecimus mentionem, sed ulteriorem in seqq. facturi sumus.*

§. 4. Etenim ut isthæc *forma generisq;* evolutio tantò clarius appareat, & ipsa benedictio Melchisedeciana tantò rectius ab aliis, quarum jamjam meminimus, secernatur, vel distingvatur, paulò plenius hac occasione *distinctiones benedictionis* repetemus, profuturas nobis sequenti puncto polemico *ἀπελυσξεν* objectionum *ἀνπλασνται* breviter daturis. Primò tamen breviores aliorum, deinde verò pleniores afferemus. Est autem juxta *Danhaverum* in *Disp. de Melchissi* quæst. 3. *Benedictio* in universum duplex (α) vel superioris erga inferiorem, eaqve vel *potestatis*, bona omnia solo nutu conferendi, qualis benedicendi ratio DEO soli propria est: vel *autoritatis*, bona ex officio comprecandi ac denunciandi; sic Parentes liberis, ut Isaac Jacobo, Sacerdotes populo Num. 6. 23. benedicunt. (β) Vel *paris* erga *parentem* *charitatis* Luc. 6. 28. 1. Pet. 3. 9. Eadem ferè habet *Riverus*, in *Gen. h. l. p. 580.* Apud alium verò (nisi fallimur *Glass. in Christolog. Davidica*) ad *Ps. no. talem* antehac legimus *Distinctionem*: *Benedictio* alia est *Specialissima* (efficax sc. bonorum per *λόγον εὐλογητικόν* facta collatio) *Patriarcharum* nempe *Gen. 27. 27. c. 28. 15. &c.* & *Sacerdotum* Num. 6. 23. ubi illis formula solennis præscribitur. Alia *specialis*, sed & ipsa solennis, personarum sc. in publico officio constitutarum, quomodo *Josua 22. 6. 7.* & *Salomon 2. Par. 6. 3.* benedixisse leguntur. Alia *generalis* & popularis consuetudinis, quæ non nisi bonorum apprecatio est, quæ ratione populus Israël benedixit *Salomoni 1. Reg. 8. 66.*

§. 5. In illis verò *distinctionibus* non omnino nulla deesse ex sequente pleniori & clariori apparebit. Nobis enim benedictio alia quidem est *divina*, alia vero *humana* (1) *Divina* quæ DEUS hominibus benedicit, non tantum in verbo sive voto sed præcipuè in ipso facto vel collatione bonorum tam corporalium quam spiritualium consistit, hinc dicta *benedictio potestatis*. Qualis benedicendi ratio solius DEI est, qui potestate omnia bona solo nutu conferendi gaudet, cujusque *benedicere* est largiter & abundanter *benefacere* sive beneficiis cumulare

lare. Conf. supr. Artic. 1. Punct. 2. §. 5. Atq; ita benedictionem sumi in formula Melchisedeci, *benedictus sis Abram DEO altissimo*, h. e. DEUS tibi benefaciat & bonis te cumulet, ibid jam dictum est §. 7. (2) *Humana* verò qva homines vel DEO vel hominibus benedicunt, vel est *laudis* sive *Eucharistica*, vel *voti* sive *votiva*. (α) *Benedictio laudis* sive *Eucharistica* est qva homines DEO benedicunt, h. e. laudes eius prædicant debitasqve pro beneficiis gratias ipsi agunt. Et hoc pacto benedictionem hîc in appendice sumi, qva Melchisedecus orationem suam ab Abramo ad DEUM convertit dicendo: *Benedictus sit DEUS Altissimus, qui dedit hostis tuos in manus tuas*, similiter suprâ l. c. §. 7. jam indicatum est. (β) *Benedictio voti* sive *votiva* est qva homines à DEO prospera quæqve hominibus ominantur & precantur. Hæc *votiva* rursus est vel *eminens* sive *solemnis* sive *autoritatis*, vel *vulgaris* sive *charitatis*. (a) illa *votiva eminens* sive *autoritatis* est superioris erga inferiorem, & fit autoritate officii, qvo funguntur superiores, quando ipsius DEI nomine ex officio bona inferioribus precantur vel denunciant. Estqve illa *eminens* sive *autoritatis* rursus vel *extraordinaria* vel *ordinaria*: *Extraordinaria* fuit *Patriarcharum*, qui tamen & ipsi in domo vel Familia sua Sacerdotes DEI fuerunt. Conf. infr. punct. 2. §. 1. & 2. ut & *Prophetarum* & *Sacerdotum Ante-Leviticorum*. Hac *Noachus* filiis suis Sem & Japhet Gen. 9. *Isaac* Jacobo c. 27. *Jacobus* Josepho ejusq; duobus Filiis c. 48. *Bileam* filis Israel Num. 23. & 24. &c. Et h. l. *Melchisedek* Sacerdos DEI Altissimi Abramo, benedixerunt. *Ordinaria* est vel *Sacerdotalis* vel *non sacerdotalis*: *sacerdotalis* est vel *sacerdotum* proprie dictorum, qvâ Aaron & Sacerdotes Leviticis olim ex mandato DEI divinam populo Israëlítico benedictionem denuntiabant Lev. 29. 22. 23. Num. 6. 23. 2. Paral. 30. 27. vel *Sacerdotum impropriè talium*, Ministrorum sc. Ecclesiæ, qva hodiernum Ecclesiæ Ministri suis Auditoribus bene precantur & juxta Constitutiones Ecclesiasticas hodiernum cultus Ecclesiæ publicus finitur. *Non-Sacerdotalis* qva *Magistratus subditis*. *Parentes liberis* suis autoritate officii bene ominantur & felicia vovent. *Vulgaris* deniqve vel *charitatis* est sive *inferioris erga superiorem*, sive *paris erga parem*, qua ex *charitate subditi Regibus* e. c. *populus Israel Salomoni* 1. Reg. 8. *liberi parentibus*, *amici amicis* conjugium inituris pacem ac felicitatem exoptant Gen. 24. 60. Ruth. 4. v. 11. 12. *Christiani* etiam *hostibus*, oppressi oppressoribus

foribus meliorem mentem, gratiam Dei & remissionem peccatorum precantur Matt. 5. 44. &c.

§. 6. Hæc de *interna* benedictionis *forma*, quâ ab aliis distinguitur & hujus occasione de *variis distinctionibus benedictionis* sufficiant. Si verò de *externa* disquirimus, consistere illam putamus cum in *externo verborum vel formulæ benedictionis statu*, tum in *externo ceremonia apparatu*. *Externus verborum & formulæ à Mose hîc descriptæ status* non quidem conspicuus admodum splendidusve est, cum formula benedictionis admodum sit brevis, nec attingat externum angustæ formulæ benedictionis Num. 6. 23. publicatæ statum; Sacerdotali tamen & divinitus ordinatæ benedictioni consentaneus est, idque patet (1) ex *illustris vocis כִּרְרַךְ BENEDICTUS SIS, usurpatione*, quippe quâ certè amplissima verèque divina & realia implicantur beneficia: cum enim DEUS benedicere dicitur, vel ut benedicat invocatur, vel ut aliquis DEO sit benedictus vovetur, nihil aliud postulatur, quàm ut DEUS benefaciat vel ingentia beneficiâ conferat, quia DEI benedicere est benefacere, uti jam suprâ monuimus. (2) ex *singulari benedictionis applicatione ad Abramum* Virum DEO dicatum, Patriarcham multis promissionibus divinis, speciatim semine benedicto, maximè conspicuum ampliùsque benedicendum facta. Conf. infr. Comm. 2. (3) ex *terremendi nominis divini אלה introductione*: DEUS enim omnis benedictionis est principium, fundamentum & complementum (4) ex *angustissimorum titulorum divinatorum, soli DEO vero propriorum & summam benedicendi potestatem insinuantium, scil. עליון altissimi וְאֵל קוֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ possessoris sive creatoris Cæli terræque, adhibitione*; quis enim alius est altissimus & creator cæli terræque, quàm verus DEUS? quis non ab hoc Altissimo cæli terræque possessore benedictiones h. e. beneficia amplissima & utilissima expectaret, qui omnia potest suisque conservare beneficiis creaturas paternè dignatur?

§. 7. Deinde ad *externam benedictionis Melchisedecianæ formam* referimus *externum quoque ceremoniarum apparatus*, quem quidem h. l. Moses non designat; verò tamen simile est, non omnino nullas in benedicendo ceremonias à Sacerdote quoque nostro fuisse adhibitâs, sicut Sacerdotes Leviticos post Melchisedecum in benedictionibus vario ceremoniarum apparatu fuisse usos, Commentatores ad locum

cum Num. 6. 22. seqq. observant: ex quibus si nonnulla hic annotemus,  
 non abs re, nec à themate nostro alienum fore judicamus. Referunt enim  
 benedictionem factam fuisse (1) *stando*, idque probant ex Deut. 27. 12. &  
 c. 18. 5. (2) *clarâ voce* (3) *elevatis & expansis manibus*. 1. *Elevabant ma-*  
*nus*; aliter tamen in templo, aliter extra illud: ibi quidem elevabant  
 supra caput, hic verò axillarum tenus; nisi quod Summus Sacerdos non  
 supra frontalia sua manus attolleret propter nomen Tetragrammaton  
 frontalibus inscriptum, uti tradit *Mischna* 6. c. 7. Probationem hujus  
 ceremoniæ petunt ex Lev. 9. 22. ubi dicitur: **וַיִּשָׂא אֹהֶרֶן יָרֵיחוֹ אֶרְצָה**  
**וַיִּבְרַכֵּם** & *elevavit Abiron manus suas &c.* Nos hujus vesti-  
 gia in N. quoque Testamento reperimus Luc. 24. 50. ubi Christus pau-  
 lò ante ascensionem Discipulis benedicturus elevabat manus. Ita verò  
 manus elevabant benedicentes, ut non tantùm in cœlum eas panderent,  
 pro implendis benedictionibus illis orantes, plebemque de anima ad DE-  
 UM elevanda commonefacientes: sed etiam manus simul suas super  
 populum protenderent Lev. 9. 22. Syr. 50. 22. ac si universæ illas Eccle-  
 siæ capitibus imposituri gratiamque à Cœlo acceptam manibus suis per  
**חַוְסְפִּיּוֹתָא** analogam, Ecclesiæ applicaturi, vel in illam deposituri es-  
 sent. Cum enim singulis illas tanto in cœtu seorsim imponere non  
 possent (cujusmodi **חַוְסְפִּיּוֹתָא** ceteroqvi familiaris pariter ac frequens  
 Ebræis fuit ritus, quoties solennis aliqua benedictio seorsim erat pera-  
 genda, ceu patebit conferenti loca Gen. 48. 14. Matth. 19. 13. 15. &c.)  
 ecce utramque manum ad populum elevabant & protendebant. Conf.  
*Dn. D. Calovius* in *Bibl. illustr.* ad Num. 6. & *Dn. D. Deutschman.* *Disp.*  
*altera* ad Num. 6. §. 28. Tantopere verò hæc ceremonia alias inter  
 caput extulit, ut ab eadem benedictio hæc Sacerdotalis (quæ Ebræis vo-  
 catur **כְּהֻנִּים בְּרַכָּה**) iisdem Ebræis simul appellaretur **נְשִׂאוֹת כַּפַּיִם**  
*h. e. elevatio manuum*, teste *Ludovico de Dieu* in *Notis* ad Gal. 3. 14. p.  
 244. Quam quidem appellationem non nemo in *Disput. sua*, cui titulus  
**כְּהֻנִּים בְּרַכָּה מְנַהֵג** sive de *Ritu benedictionis Sacerdotalis* cap. 2.  
 §. 9. in dubium vocare gessit, hac ratione usus, quod talis appellatio si-  
 bi nondum in Ebræorum scriptis occurrat; cum verò idem *ibid.* seqq.  
 §. 13. probaturus, *non omnem sacerdotem nec semper recitanda benedictio-*  
*ni Sacerdotali ap. Ebræos fuisse idoneum*, ipse *Rambam* h. e. *R. Mosche ben*  
*Maimon* verba ex cap. 15. in **הַלְכוֹת תְּפִלָּה וּבְרַכָּה כְּהֻנִּים** produ-  
 cat, quibus dicitur, **שֶׁשָּׂה דְבָרִים מוֹנְעֵי נְשִׂאוֹת כַּפַּיִם**, quæ idem  
 sic

sic interpretatur: ) *Sex res impediunt elevationem manuum: Lingua, vitium, transgressio, anni, vinum & impuritas*: annon hoc ipso simul probaverit, in Ebræorum scriptis hanc benedictionem Sacerdotalem, ab illa manuum elevatarum ceremonia appellatam fuisse כפיה נשיאות h. e. *elevationem manuum*, Lectori judicandum committo. Maimonidem enim per כפיה נשיאות sive *elevationem manuum*, quam sex res impedirent, nihil aliud intellexisse quàm *benedictionem Sacerdotalem*, quæ manibus sicbat elevatis, tam contextus Maimonidis, quàm ipsius Disputatoris evincunt.

§. 8. Non verò tantùm *elevabant* manus sed & (2.) *elevatas expandebant* benedicientes. Expansionis verò modus à Commentatoribus disputatur. Quidam enim referunt Sacerdotem ambas manus ante faciem protentas tenuisse; cum verò nomen divinum Tetragrammaton יהוה proferret, tres digitos priores ambarum palmarum, pollicem scilicet *indicem & medium* erexisse, reliquis duobus in palmam depressis; mox verò prolato jam nomine illos tres erectos reliquis univisse. vid. Galatinus de A. C. V. l. 2. c. 9. &, qui Galatino suffragatur, Ursinus in Quinquagena festivali p. 113. Conf. quoque Weidnerus Judæus conversus in locis fidei Christ. præcip. tract. 1. p. 150. & Dn. D. Calov. qui Weidnerum citat in Bibl. illustr. ad Num. 6. ut & Dn. D. Deutschm. qui utrumque in Disp. altera ad Num. 6, §. 28. allegat. Idem Galatinus & Weidnerus ll. cc. superaddunt, trium horum digitorum erectionem factam esse ad designandam divinarum personarum Trinitatem; sed Dn. D. Calovius citato Weidnero ἐπιχειρῶν hanc l. c. subjungit: *agrè illa significatio è Rabbiorum testimonio probabitur*. Interim tamen non dubium est, quin hæc benedictio solennis, Num. 6. præcepta & confirmata, cunctis percipiendæ, concipiendæ, cognoscendæ, prædicandæ & glorificandæ Trinitatis vehiculum & incentivum extiterit, uli loquitur Dn. D. Deutschman in præfat. Disp. in Pf. 76. ex quo adeo *Ter-benedictam Triadosophiam Psalmodicam* in illa Disp. adornavit. Contrà nonnulli tradunt, summos Sacerdotes *tribus digitis mediis manus dextræ* extensis, veluti tribus י י י nomen Tetragrammaton expressisse, in typum benedictionis per Patrem Filium & Spiritum S. in lege gratiæ fidelibus dandæ. Vid. Athanas. Kircher. in prodromo Copto c. 8. p. 210. Alii verò tam Kircheri, quàm Galatini & Weidneri testimonia de expansione manuum digitorumque extensione jam producta tanquam audacia non tantùm rejiciunt

eiunt: Conf. *Rittangelius* in collectis novi Anni, quaternione B. & Disputatio supra jam citata, cujus tit. *ברכה כהנים מנהג* de *Ritu benedictionis sacerdotalis*; sed & alio planè modo expansos fuisse digitos interque ipsos utriusque manus digitos quinque spatia esse facta, nempe inter pollicem ac indicem unum spacium, inter medium & annularem secundum, inter pollices duos tertium, & sic porro in altera manu quartum & quintum, compressis scil. utrobique tam indice & medio, quàm annulari & auriculari, (ut Majestas divina, juxta Ebraeorum mentem, in iis resideret cum iisq; uniretur) contendunt, idq; partim ex R. *Akibiade* probant, partim verò confirmant per hodiernos Judæorum ritus, quos observasse multū juvat, cum à majoribus descendant, censente *Dn. D. Hildebrando*, olim Prof. Helmstad. nunc Sup. Gen. Cella-Luneburgico in Tract. de Nuptiis veterum Christianorum. Conf. laudata Dissert. de Ritu bened. Sacerd. & *Buxtorfius* II. in Synagoga Judaica c. 26. p. 534. ejusdemq; Appendice, ubi simul refert, quod ista quinque spatia ex Cantic. 2. 7. probare nitantur Rabbini: cum enim l. c. dicitur: *En stat post parietem nostrum סן החרכים מצוץ* id est prospiciens è cancellis (fenestris) tum præfixum ה articulare vocis החרכים separant, ut notet numerum quinarium, q. d. *prospiciens è quinque fenestris*, scilicet inter digitos Sacerdotum. Quæ tamen ratio probandi, quinque inter digitos spatia esse faciendâ, satis frivolam & tantum non ridiculam censemus.

§. 9. Præter tria verò jam dicta, & à *Dn. D. Calovio* in Bibl. illustr. ad Num. 6. ex *Grotio* paucis adducta ceremoniarum capita, alii adhuc 4. vel omnino quinque recensent: scil. quod (4.) *Sacerdoti benedicturo manus fuerint abluendæ*; illudque probari putant ex Psal. 134. 2. *atrollite manus vestras sanctè* (id est ut *Buxtorfius* ex Rabbiniis exponit, prius sanctificate eas per lotionem) & *benedicite Domino*; quæ tamen lex lotionis benedicturorū cum reliquis functionibus Sacerdotalibus fuit communis, uti patet conferenti Exod. 30. 21. & c. 38. 8. (5.) quod recitanda benedictio sit è suggestu (6.) lingua Ebraicâ (7.) facie ad faciem, id est facie versus populum directâ (8.) expresso ad singula benedictionis membra nomine *Tetragrammato* יהוה. Et quidem nomen יהוה tantum exprimebatur כמקדש h. e. in sanctuario sive Templo; sed כמדינה h. e. in provincia sive extra templum proferebatur cognomen ejus ארני uti loquuntur Talmudistæ, quos allegat *Buxtorffius* in Lexic. Chaldaico-Talmudico-Rabbinico p. 2435. quæ allegatione Talmudistarum corrigi obiter

obiter potest *Ludovicus de Dieu*, qui loco suprà citato scilicet in Notis ad Gal. 3. 14. legibus benedictionis jam recensitis annumerat quoque hanc, quod benedictio Sacerdotalis facta fuerit tantum in sanctuario. Quod verò *Buxtorffius* ibid p. præced. 2433. asserit, (1.) summum sacerdotem, intellige tantum, & quidem (2.) semel in anno, in festo scilicet Expiationis protulisse benedictionem expresso Tetragrammato, in illo alios habet contradicentes, licet prius ante ipsum statuerit quoque *Galatinus* l. 2. c. 10. de Arc. Cath. Verit. aliisque; posterius verò cum eodem etiam *Ludovicus de Dieu* l. c. p. 245. asseveret. Utrumque enim refutatur ex *Rambam* siue *Maimonide*, qui in מורה נבוכים siue *Doctore perplexorum* c. 61. p. 107. scribit: *Gloriosum istud nomen non proferrì licet nisi in sanctuario & Sacerdotibus Dei sanctis solum, in benedictione Sacerdotum & à Sacerdote magno in die Jejunii.* Dum enim Sacerdotes & Sacerdotem magnum his verbis nominat, prius *Buxtorffii* assertum retundit. Et c. 14. in הלכות הפלה וברכת כהנים idem *Rambam* ait: *In sanctuario Sacerdotes benedictionem Sacerdotum recitant ביום אחד פעם אחת* h. e. vice una (semel) in die (quotidie) post Sacrificium iuge idque matutinum veniunt & stant super gradibus porticus & benedicunt &c. ast in provincia (extra templum) recitant eam post omnes preces excepta Mincha. Dum autem hic ait, sacerdotes in templo quotidie semel recitasse benedictionem (in quo recitabatur expresso nomine Tetragrammato יהוה) posterius *Buxtorffii* assertum evanescit. Ceterum quod idem *Buxtorffius* ibid. p. 2433. immediate addit de cessatione pronuntiationis Tetragrammati, facta tempore *Simeonis Justii* defuncti (de quo *Simeone Justo* conf. *Glass. Phil. Sacr.* l. 4. Tract. 3. Obs. II. p. m. 794.) in eo idem *Maimonides* discrete consentit c. 14. loci proxime citati, uti & c. 62. in *More Nevochim* siue *Doctore perplexorum*: ubi & docet, suffectum tunc esse in locum Tetragrammati nomen 12. litterarum; sed quodnam fuerit, ipse quidem ignorasse videtur, quia non exposuit; Alii tñ. exprimere illud non dubitant & quidem *Reuchlinus* l. 3. de Cabbala p. 763. refert, fuisse הקרוש ברוך הוא id est sanctus benedictus ipse, quod per notaricon scribi solet הקכה. *Galatinus* v. l. c. cap. II. suffectum illud nomen dicit fuisse כן ורוח הקדש id est Pater, Filius & Spiritus S. Verum neutri credimus, neque rem illam, ipsi *Maimonidi* dubiam, definimus, neque ex instituto de his agimus; sed *יש עו מצדו* occasione externi ceremoniarum apparatus circa

fer-

*formam* Benedictionis Melchisedecianæ mentionem horum rituum injicimus, nunc ad specialiora benedictionis hujus momenta properrantes.

## Comma II. evolvens

Benedictionis MATERIAM circa quam, sive OBJECTUM, cum *reale* verbo כרוך involutum, tum *personale* voce אכרם insinuatum.

§. 4

**P**ost *formam* benedictionis hujus visuris quoque *Materiam* ejus & quidem *circa quam* sive *objectum*, duo occurrunt evolventa, nempe *objectum reale* & *personale*. *Reale*, circa quod versatur hæc votiva benedictio, sunt *beneficia divina* eademque summa & amplissima, quæ involvuntur voce כרוך *benedictus sis*, quippe quæ h. l. significationem *benefaciendi* habet, uti præced. Artic. I. Onomat. punct. 2. §. ult. fuit ostensum: adeoque Melchisedecus vovens, ut Abram *benedictus sit DEO* h. e. ut DEUS benedicat Abramo, hoc precatur, ut DEUS ipsi *benefaciat*, & beneficia jam præcedd. capp. 12. & 13. Genes. Abramo oblata & promissa, benignissimè conferat & confirmet: DEI enim benedicere est benefacere. Sunt verò hæc *beneficia* Abramo promissa votoque benedictionis Melchisedecianæ involuta, cum *corporalia* tum præcipuè *Spiritualia*. *Corporalia* respiciunt *seminis* Abrami *benedictionem* ejusdemque innumeram *multiplicationem*, ut & *terrarum*, quas nuper DEI jussu ex Patria sua egressus, jam erat ingressus, quosque DEUS semini istius c. 13. 15. promiserat, *possessionem*. *Spiritualia* vero beneficia, quæ dubio procul Sacerdos DEI Altissimi præcipuè vovit, respiciunt benedictionis gratiæ, in benedicto semine Abrami, Messia, itidem nuper Gen. 12. 3. à DEO promissæ, & cap. 13. 16. repetitæ, confirmationem & impletionem. Sub involucro enim seminis multiplicandi (quod citato v. 16. præced. c. 11. Gen. promittitur) ipse quoque *Messias semen benedictum* ex posteritate Abrahami proditurum, comprehenditur, adeoque promissionem illâ seminis multiplicandi non solum corporale semen sed & Spirituale, præcipuèque Messiam semen benedictum, in quo omnes gentes terræ erant benedicendæ Gen. 12. 3. respicere, ostendit collatio loci Gal. 3. v. 6. 7. 8. 16. 29. Conf. *Chemnitius in loc. Theol. p. m. 246*. Ceterum hoc

2

*reale*



reale benedictionis objectum prolixiori interpretamento indigere non videtur, igitur pedem ad *personale* promovemus.

§. 2. *Personale* verò objectum sive *Persona*, cui benedixit & tanta precatu beneficia Melchisedecus fuit, insinuatur voce אברם. circa quam 1. *nominalia* quædam, deinde & pauca *realia* sive *personalia* veniunt annotanda. Circa *nomen* ipsum אברם duo præcipuè memorari merentur. (1) *Originatio* 2. *Mutatio*. Quodnam enim nominis hujus sit etymon disquiri solet. Errant qui illud immediatè ex ר. עבר *transit* derivant, eo quòd Abram ex אור כשדים sive *Ur Chaldeorum*, patriâ suâ civitate Gen. 11. 28. 31. quæ sita erat in ארם נהרים sive *Syria duorum fluviorum* h. e. Mesopotamia, Act. 7. 2. profectus in Palæstinam *transierit* fluvium Euphratis: vel etiam ר. עברי cum עברי נהר, quod præced. versu 13. Gen. 14. legitur, confundunt: uti quidem rectè *Sixtinus ab Amama* in *Antib. Bibl. censet*; quanquam ר. עברי rectius *Ebraum*, voce ab *Ebero* Patriarcha deductâ, quàm *transitorem*, contra ipsum illum *Sixtinum ab Amama* interpretamur, qui l. c. p. m. 416. dicit, ר. עברי non ineptè reddi per *περατήν transitorem*: Obstat enim (1.) quod ר. עברי habeat ordinariam nominis *Patronymicâ* terminationem (ר.) adeoque sit *Patronymicum*, quomodo יהורי notat *Judæum* &c. quod confirmant loca Gen. 39. 14. c. 41. 42. c. 43. 32. Jon. 1. 9. (2.) Quod si à *transitu* diceretur, potius dicendum fuisset עובר (3.) quod non tantùm Abram, sed & *Judæi* generatim dicantur עברי 11. cc. quomodo verò & ipsi *transitores* Euphratis dicerentur? Confundunt verò ר. אברם cum עברי adeoque hunc errorè errant, qui *nomen אברם* interpretantur *περατήν* h. e. *transitorem* sive *περατήν μετώρεον* h. e. *transitorem excelsum*, quod præter *Hesychium* aliosque magnus *Chrysostomus* homil. 36. ita commentando: Αβραάμ γὰρ περατήρης ἑρμενεύεται ἕξ τῆν Εβραίων γλώττιαν, καὶ τῆτο ἰαύσιον ὅτι ἴης γλώττιης ἐκείνης εἰσιν ἱμπερεσι. Putavit enim *Parentes Abrahami* transitus ejus in *Canaan* præfagos *nomen* hoc eidem imposuisse; siquidem & *prolixâ* ibi, quamvis *frustraneâ*, *disputatione* quærit, unde *Parentes* ejus illam habuerint præscientiam, cum fuerint infideles? At verò *Lingvæ* *Ebrææ* peritis (ut citata *Chrysostomi* verba invertamus) cognitum satis est, *Ebræum* *Abrami* *nomen* non habere אברם cum ע atq; ita non esse ab עבר *transit*; sed אברם cum א adeoque אברם ἐξ ἐβραϊστίης τ' אברם

אברם confundere cum עברי, de quo jam dictum. Aliorum errores circa Nominis hujus originationem scientes hinc præterimus.

§. 3. Rectius autem sentiunt statuentes componi illud nomen ex אב Pater & רם excelsus, altus, à R. רום altum esse, ut sc. Abram notet patrem celsum. Glass. l. c. p. m. 707. Sixtin. ab Am. l. c. p. m. 426. Igitur significatione coincidit cum nomine אבירם Abhiram, Viri illius cum Core & Dathan terrâ absorpti Num. 16. licet re ipsa planè, & formatione nonnihil ab illo differat, cum hinc verè Patri celfo sit impositum, ibi minime celfo; hic literam ו non habeat interfertam, ibi verò habeat, cuius ceteroqvi usus in formandis nominibus propriis frequens satis conspicitur, ut in מלכיצוק אבירם, &c. Conf. supr. Disp. 1. m. 2. §. 2. Simile nomen est אחירם Achiram, quod notat fratrem celsum, quo insignitur quidam filiorum Benjamin Num. 26. 38. quem putant fuisse illum qui Gen. 46. 21. vocatur אחי Echi & 1. Paral. 8. 1. Achrach. Vid. Glass. Phil. sacr. l. 4. Tr. 3. Obs. 9. p. m. 737.

§. 4. Ab originatione nominis אברם transimus ad mutationem ejus in אברהם, quam legimus factam Gen. 17. 5. Circa hanc similiter errant (1.) Justinus, dum existimat nomen hoc mutatum esse, uno א inferto: Græcam enim scripturam Αβραμ imposituisse Justino, cum Ebraei fontis consilio desitueretur, satis apparet: Siquidem in Ebraeo est אברהם inserta literâ ה. (2.) Ferus & Lipomanus, qui illud mysterii causâ quarto interfertum loco putant, ut significaret Messiam quarto mundi millenario exhibendum (3.) Clarius & alii, qui prærogativæ indicandæ ergo ex nomine divino יהוה additum judicant &c. Nos verò tantis non opus esse divinationibus nec longa verborum ambagione arbitramur, cum ipse Spiritus S. ad mutationis hujus rationem literæque ה interfertæ originem compendiosius nos deducat, qui Gen. 17. tam antè quam post mutationem nominis vocabulum הַמֶּן præmissa voce אב ponderandam nobis proponit, dicendo v. 4. והיית לאב המן גוים, & v. 5. לא יקרא עוד אתה שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המן גוים נתתך & eris in patrem multitudinis sentiund, & v. 5. אתה לא יקרא עוד אתה שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המן גוים נתתך non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium constitui te. Quibus perpen- sis magis nos illorum ad se trahit sententia, qui asserunt, ה il- lud non ἀργῶς καὶ μετὰ χαλῶν, sed ἐμφατικῶς καὶ σκοπευτικῶς nomen Abrami auxisse, quippe ab ipso insertum DEO, adeoque defum-

tum esse ex nomine quodam integro, & quidem non nisi ex jam citato **רמון**, quod ante & post nominis mutationem ab ipso Spiritu S. rationis loco insinuatur, & significat *tumultum, multitudinem*, à R. **רמון** *multuatus est, strepuit, sonuit* &c. ut scilicet litera illa denotaretur multitudo progeniei Abrahamiticæ, non tantum corporalis sed & Spirituallis, uti patet ex Rom. 4. 11. 12. 16. 17. Conf. Glaff. I. c. p. 707. & 774. Roborat sententiam nostram mutatio nominis **שרי** Sara conjugis Abrahami, eodem cap. 17. v. 15. descripta: nam & illud auctum vel mutatum est sumtâ ex eodem nomine **רמון** eadem litera **ר**, ita ut **ר** finale in **שרי** sit mutatum in **ר**, ut scilicet utrobique earundem promissionum idem esset Symbolum. Sicut enim Abraham multarum gentium Pater, ita quoque Sarah multarum omnino gentium futura erat mater: siquidem & hanc rationem DEUS ipse subjungit. Conf. Gen. 17. 15.

§. 5. Post nomen Abrami, paucis quoque *rem & dignitatem personæ* hujus intuentes, statim cum admiratione exclamamus: at quantum VIR! neque id temerè, cum per Apostoli vestigia ducamur, qui ipse Ebr. 7. locum nostrum edisserens & ad figuram traducens cum admiratione idid. v. 4. & 6. dicit *Videte quantum hic* &c. *Abramo habenti promissiones benedixit* (Melchisedecus) Cum verò promissionum harum jam supra §. 1. hujus commatis mentionem fecerimus, hinc illas non repetemus. Illud verò commemorare non nihil refert, Ebræos quoque hac ratione vel dignitate personæ inductos esse, ut opinarentur Melchisedecum non *hominem* fuisse *Cananeum*, sed ipsum potius *Semum* (quamvis illam opinionem suam nulla firment ratione solida, nisi quod ægroferant animo, aliquem ex alienigenis Abramo, gentis suæ auctori, quæ tantis gaudebat promissionibus ac prærogativis, fuisse præferendum Conf. supr. Disp. II. punct. 3.) Imo & *Cunæum* his ipsis promissionibus & prærogativa Viri inter alia motum, ut non tantum illam Judæorum de Semo sententiam alleget: sed & Apostolum eosdem in Epist. ad Ebræos ad sublimiorem vocasse contemplationem arbitretur, *ne existimarent, Melchisedecum fuisse Semum, sed diviniorem cujusdam naturæ, quia qui tanto benedixit Patriarchæ, certè major illo digniorque, & quidem ipse DEI filius esse debuerit.* Cunæi & *Molinæi* verba eodem tendentia, jam supra Disp. II. punct. 2. §. 16. citata & refutata conferantur.

Com-

## Comma III. exponens

Benedictionis Autorem & fontem, verbis

לאל עליון קונה שמים וארץ  
indigitatum.

**F**ons & Autor benedictionis, à quo Melchisedek tanto Patriarchæ tanta precatur beneficia, est DEUS, quem benedicens verbis depingit in Rubrica jam positis, circa quæ notamus (1.) *vocem* לאל & quem sensum ejus præfixum ל constructum cum præcedente voce ברוך *benedictus*, h. l. importet (2.) *descriptionem* fontis, *DEI*.

§. 2. Primò quæritur de præfixo ל in לאל an sit h. l. *Dativi* casus nota (quem communissimè designat, aliàs quoque *Genitivum* notans; quicquid Novaturientes ogganniant, vid. Gen. 7. II. Ezech. 10. 3. Mich. 4. 8. & Conf. *Glass. Phil. Sacr.* l. 4. Tr. I. Obs. 6. p. m. 636.) & quem sensum illud præfixum ל cum præced voce ברוך constructum importet? An hunc: *benedictus sis DEO*, id est qui ingentibus jam beneficiis à DEO bonorum omnium Autore singulariter ornatus & auctus es, quippe DEI præsidio tutus ejusque ope adjutus incredibili celeritate tantas hostium copias profligasti, tibi amplius benefaciat DEUS, ab ipsoque largiter beneficiis bonisque cumuleris? An verò ל h. l. sit particula notans præpos. *ad*, hoc sensu: *sis benedictus ad DEUM* id est ad laudem & gloriam DEI beneficiis ab ipso cumuleris: an verò sumto verbo ברוך in significatione *laudandi* hoc sensu: Abram quidem dignissimus est laude & præconio cum propter virtutum præstantiã, tum propter ejus insignem victoriam; laus tamen ea ad DEUM referenda, virtutũ & victoriæ ejus fontem. Quò tendit *Pererius*, qui in *Comment. vel Dissp. ad Pentateuch.* h. l. existimat, *vocem* ברוך utroque hîc modo posse explicari, ita ut non tantum *precaionem benedictionis* & largissimorũ beneficiorũ divinorum, sed & *prædicationem* & *celebrationem* importet h. s. *valde laudabilis* & *prædicabilis est Abram, vel dignissimus qui laudetur ab omnibus cũ ob virtutis præstantiam, tum ob insignem victoriam.* Vel an ל h. l. notet *coram*, ut *Chaldaeus* judicat, ita reddens *קדם אל עליון* q. d. Abram dignus laude est non solũ coram hominibus, sive ap. homines, qui in æstimandis rebus laude dignis errare falliq; possunt, & vel invidiã perciti non laudant laudabiles, vel affectu fascinati nimis laudant vix laudabiles: verum etiam *coram DEO* sive ap. DEUM, qui falli nullo potest modo &c.

§. 3. Ceterum simplicior veriorque interpretatio est prima, quæ rō  
 לְ דַתִּי est nota, & verbum כָּרַךְ in significatione *benefaciendi* sumitur.  
 Conformis enim illa est i. *contextui*, qui præcedente verbo וַיְכַרְכֵּהוּ re-  
 fert, Melchisedecum *benedixisse* Abramo, i. e. *bene precatum esse*. Qvalis  
 enim benedictio votiva s. precatio felicitatis fuisse, si Melchisedek dicere  
 juxta Pererium voluisset: *Laude dignus vel laudatus sit Abram*, vel  
 juxta alium: *laudetur in laudem DEI*; vel juxta Chaldaem: *Laudetur*  
*Abram non tantum coram hominibus sed & coram vel ap. DEUM?* (2.)  
*interpretationi Apostolicæ* ad Ebr. 7. ubi v. 6. dicit, *Melchisedecum bene-*  
*dixisse illi, qui habebat promissiones id est bene precatum esse*, uti proximè  
 sequentia probant verba v. 7. *jam citra controversiam minor à meliori*  
*benedicitur.*

§. 3. Viso jam præfixo ל in לְאֵלֵי ejusque cum præcedente voce  
 כָּרַךְ constructi sensu, ad *descriptionem* ipsius fontis atque Autoris, à  
 quo Melchisedek felicia precatur, transimus. Ut enim Melchisedek no-  
 ster, Rex Salem & Sacerdos DEI altissimi, DEUM benedictionis verum  
 autorem, tantò magis separaret ab idolis, quibus Cananæi serviebant,  
 appellavit ipsum non tantum אֱלֹהֵי אֵלֵי DEUM altissimum, sed & קוֹנֵה  
 אֶרֶץ וְאֵרֶץ שָׁמַיִם *possessorem sive creatorem cæli & terræ*: in hoc enim distin-  
 guebatur DEUS verus à Diis gentilium factis: cum gentes non dicerent  
 DEOS suos creasse cælum & terram, cum ipsi Dii essent creaturæ, gen-  
 tesque mundum esse æternum & increatum crederent: conf. *Tostatus*  
*Comment. in Gen. h. l. p. 484.* Circa hanc verò descriptionem veri  
 DEI, quam ipse Abram dehinc seqv. v. 22. Gen. 14. repetit dicens:  
 אֲנִי וְאֵרֶץ וְאֵרֶץ שָׁמַיִם וְאֵרֶץ אֵלֵי יְהוָה אֱלֹהֵי אֵלֵי קוֹנֵה אֶרֶץ וְאֵרֶץ שָׁמַיִם  
*elevavi manus*  
*meas ad Dominum, DEUM altissimum, possessorem cæli & terræ, confide-*  
*ramus* (1.) & præcipuè vocem קוֹנֵה quam Targum retinet reddens  
 אֱלֹהֵי אֵלֵי קוֹנֵה אֶרֶץ וְאֵרֶץ שָׁמַיִם i. e. *cujus possessio cælum & terra*; LXX. verò reddunt: ὁ ἑκλυσθ  
 id est *qui creavit*, quos Vulgatus sequitur. Ast Jun-Tremellius vertunt:  
*possessori*, uti & Luth. *der besiget.*

§. 4. Notandum autem (1.) קוֹנֵה esse participium, fortè hîc  
 nominascens, à R. קָנָה *acquisivit, comparavit* (quocunqve id fiat mo-  
 do) & cum ex acquisitione sequatur possessio, significat etiam *possedit,*  
*in potestate habuit.* Cum autem varii dentur modi, quibus aliquid ac-  
 quiri potest sc. *vel opere ac labore vel generatione vel pretio, vel לְאֵרֶץ*  
 &c.

&c., hinc pro materia illa substrata, קנה modò significat *creavit, fecit*, cū de cæli terræq; conditore adhibetur uti h. l. & seq. v. 22. modò *generavit*, cum de alicujus nativitate usurpatur ut, Gen. 4. 1. &c. ceu pluribus id in *Disp. nostra I. de Triverbio Eva* m. 2. Punct. 1. ad vocem קניתי Gen. 4. 1. exposuimus. An e. vox קונה reddatur h. l. per *creatorem*, an per *possessorem* permagni haut interest. Per *creationem* enim *acquisivit* DEUS, ac *possidet* Cælum & terram, adeoque pleno summoque in cælum ac terram, & per metonymiam, in omnes cælicolas terrigenasque dominio ex jure creationis gaudet. Unde & vox illa קונה *possessor* sive *creator*, inter nomina DEI propria à Talmudistis refertur.

§. 5. Not (2.). ex dictis constare, quod LXX. non malè h. l. vocem illam קונה reddiderint per *ὁς ἔκτισεν* id est *qui creavit*, uti & Vulgatus vertit, eosdem secutus, & consequenter errent, qui LXX. malè hic convertissè putant. Nam קנה generatim quidem, uti jam dictum, significat *acquisivit* & consequenter *possedit*; quemadmodum verò deinde pro materia substrata modò significat *genuit, peperit*, quia *pater* & *mater* acquirunt quem gignunt, modò *emittit* &c. ita & h. l. pro materia substrata, quò minus pro *creare* usurpetur, quid obstaret, quia DEUS itidem possidet quicquid creavit. Facit huc locus parallelus Pl. 115. 15. ברוכים אתם יהוה עשה שמים וארץ *benedicti estis Domino, qui fecit cælum & terram*, ubi קונה hujus loci exponitur per עשה id est *fecit, creavit* Gen. 1. 7. 16. &c.

§. 6. Notaremus (3.) & diceremus eosdem LXX. non adeò malè fecisse, ceu plurimorum fert opinio, dum, uti hîc & seqv. v. 22. Gen. 14. תּוֹ קונה per *ὁς ἔκτισεν*, ita & Prov. 8. 22. תּוֹ קנני *possedit me*, reddiderunt per *ἔκτισέν με*, cum videantur *ἐκτίσθαι* sumfisse improprie in significatione *gignendi*: quis enim illos hæresi Arianæ patrocinari statueret, quippe qui talem intrerpretationem seqv. mox v. 23. subjungunt, cum *ἔκτισεν* declarant per *ἔκτισέν με* gignit, & versum seqv. 23. מעולם נסכתי *Ante seculum fundavit me*, וְאֶת־אֶרֶץ *in principio antequam terram fecisset* GENUIT me. Durior quidem illa vocum *creare* & *gignere* permutatio Græcis & Theologorum Scholis; verum ap. *Chaldaeos* & *Latinos* tralatitia, imò nec Ebræis insolens est. Conf. Targum in Prov. 8. 22. ubi vocem קנני pariter ac LXX. reddidit per *creavit me*; habet enim בראני: & in Pl. 2. 7. ubi pro Ebræo יררתך *genui te* habet *creavi,*

*creavi te.* Et in Coheleth 4. 3. *melior est ille qui nondum creatus est id est genitus, natus.* Similiter in Ebræo fonte Pl. 102. 19. Pl. 104. 29. *to create* sumitur pro *generare*; & contra Gen. 2. 4. Pl. 90. 2. & Deut. 3. 18. *to generare* usurpatur pro *creare.* Et denique quem fugit versus Horatianus: *Fortes creatur fortibus* &c. Et Ciceronianum illud: *Queritur uxor liberis creandis,* & aliud ejusdem: *Patria antiquior est parens, quam is, qui, ut ajunt, creaverit.* Conf. Schindl. Lex. Pentagl. ad Chaldaicam versionem loci prov. 8. 22. כראני. Unde & vero simile est, interpretes hos illam Chaldæorum, Ebræorum & Latinorum consuetudinem non latuisse. Ceterum quia defensio ista versionis LXX. scandalosa nonnullis videtur (Scimus enim quàm illâ freti versione Arianæ contra Homousianos acerrimè pugnaverint & quàm mirè Patres Arianam impietatem quidem retusuri, sed Ebræi fontis consilio destituti, se torserint ac sudarint) lubentes abstinemus. Interim tamen notandum, neque Arianæ tempore defuisse ex Patribus, qui Arianis responderunt, scripturam vocabula *creo, facio, gigno,* promiscuè usurpare adeoque & LXX. prov. 8. 22. כראני improprie in significatione *gignendi* adhibere; omnes verò in eo conspirasse, LXX. hæresi Arianæ haut suffragari. Vid. Athanasii Orat. 3. contra Arianos. Cyrillus l. 5. Theauri cap. 6. &c.

§. 7. Not. (4.) errare illos, qui prætendunt LXX. in versione vocis כראני l. c. prov. 8. primitus habuisse *εκτησε* id est *possedit*; sed postea corruptam hanc vocem esse in *εκλεισε* id est *creavit*, literâ scil. η in ι. mutatâ. Certè n. si iidem interpretes h. l. το κρη reddiderunt per ος *εκλεισε*, quis verosimile esse negaret, eosdem LXX. loco etiâ Prov. primitus scripsisse *εκλεισε*, uti hodienu legitur, non verò *εκτησε*? Accedit & hoc, quod Interpretes illi, si locum proverb. voluissent reddere per *possidere*, potius dixissent *εκτησε*, quàm *εκτησε*: LXX. enim *κρησε* Activum nunquam ulurpant, neque Lexicographi ejusdem meminerunt Atque ita locum proverb. interpretatus est *Aquila*: *Κρησε εκτησε το με.* Ipsiq; LXX. idem verbum κρη Gen. 4. 1. per *εκτησειμην* in media voce reddiderunt.

§. 8. Quod reliquas verò duas descriptionis hujus veri DEI voces וארץ וארץ attinet, nulli quidem contentioni has subesse h. l. meminimus; de ipsarum tamen origine contentionis ferram reciprocantu Philologi; sed hanc modò nostram non faciemus.

## Comma IV. dilucidans

Benedictionis hujus votivæ Appendicem, sc. benedictionem Eucharisticam, ad DEUM relata[m] & his verbis expressam: **וּבְרֹךְ אֱלֹהֵינוּ אֲשֶׁר מִנּוּנוּ צִדִּיק**

**כִּירִיק**

§. 1.

**B**enedictioni votivæ hætenus per causas expositæ annectit noster *Eucharistiam* ad DEUM directam, quâ quidem Oratio ejus cre-  
scit: incipit enim à precibus & proficiscitur ad eucharistiam sive gratiarum actionem. Quare autem hanc benedictionem Eucharisticam non alteram partem benedictionis, quæ Melchisedecus Sacerdotale suum declarat officium, faciamus; sed *auxilium* saltem ejus sive Appendicem dicamus, jam supra in præfat. hujus Disp. 6. edisseruimus.

§. 2. Quæritur vero in antecessum, cur Melchisedecus benedictionem prius ad Abramum, quàm ad DEUM direxerit, adeoque an ordinem inverterit, & an hoc ipso peccans inversi ordinis poenam dederit? Ebræorum certè quidam, ut R. Salomo aliq; , affirmant & Melchisedecum peccasse, quod prius Abramo quàm DEO benedixerit, & propterea Sacerdotium ipsimet abrogatum esse, contendunt. Eandemq; sententiam prædicat Jo. Steph. Rittangelius in Collect. nov. Ann. quaternione R. 1. Nos verò nullam hæc ordinis inversionem agnoscimus, adeoque nec peccatum nec poenam admittimus; Sed falsam hanc Ebræorum opinionem, eamq; fortean ex ignorantia termini æquivoci benedictionis ortam putamus: Aliter enim hominibus benedicimus, aliter DEO; Et aliter sumitur terminus benedictionis sive vox **כִּירִיק** in præsentia, aliter in præcedentibus: Ibi Abramo benedixit ita ut felicia ipsi & beneficia à DEO summa precatus fuerit; DEO vero hic ita, ut gratias ipsi egerit, uti jam supra Artic. 1. Onomatolog. & præced. Com. 3. §. 3. satis est ostensum. Quod autem Melchisedecus Abramo prius felicia precatus à DEO est, quàm DEO gratias egit, in eo minimè peccavit: Imò tantum abest, ut prius Abramo quàm DEO, ut contra DEO prius in ipsa benedictione votiva benedixerit: in ipsa enim illa benedictione votiva ad Abramum directâ DEUM benedictionis Autorem devotè honorat, cum precatur, ut *DEUS altissimus, creator cæli & terræ* Abramo benedicat i. e. benefaciat, adeoque (1.) *DEI Majestatem* prædicat

R

dicat



dicat, quando illum *altissimum* dicit *DEUM* (2.) *Omnipotentiam* DEI laudat cum dicit: *qui creavit cælum & terram*: nam creatio infinitam potentiam denominat & præsupponit (3.) *magnam Dei bonitatem* commendat, qui bona nobis sua per benedictionem vult communicare. Præterea, quid est benedictio votiva aliud, quàm invocatio DEI, ut beneficiat? Quid aliud invocatio DEI, quàm nominis divini cultus? Tandem quod attinet pœnam, quæ Melchisedeco Sacerdotium esse abrogatum fingunt Ebræi, certè non apparet, quomodo hæc abrogatio cum æternitate Sacerdotii ejus, cujus Pl. 110. 4. & Ebr. 7. 3. habetur mentio, consistere possit. Non est ergo, quod *Rittangelius* jam dictus hanc opinionem adeo commendat. Laudamus vero *Alphons. Tostatium* nobis hic suffragantem. Conf. Commentar. ejus in Gen. h. l. p. 484. & 485.

§. 3. Quod ipsam spectat *Appendicem* sive *Benedictionem* ad *DEUM* directam, ex superiori benedictionis votivæ descriptione jam constat, quod sit *actus Eucharisticus*, quo *Melchisedecus DEUM Altissimū pro victoria gratia Abramo concessa celebrat* eiqve *gratias* humiliter agit. Tria vero præcipue circa ipsam *Appendicem* sunt observanda 1. vocabulum *וְבֵרַךְ* & *benedictus*. 2. *objectum* cui benedixit vel gratias erit *Noster*, quod est *עֲלֵינוּ* אֱלֹהֵינוּ *DEUS altissimus*. 3. *Causa movens*, quæ est *victoria Abramo concessa* & his comprehenditur verbis: *אֲשֶׁר בִּירַךְ כִּי־בֵרַךְ סָנַן צָרִיךְ בְּיָדֶיךָ* *qui tradidit hostes (arctatores, coangustatores) tuos in manus tuas.*

§. 4. Quod (1) vocabulum *benedictionis* sit æquivocum, & modò accipiat in significatione *bene precandi*, modò in significatione *beneficiendi* (quæ significationes in præcedentibus verbis obtinent) modò *laudandi, celebrandi, beneficia extollendi, gratias agendi* &c. quæ in hac *appendice* conspicitur, adeoq; hic longè aliter quàm in præcedentibus sumatur, ex superioribus, præcipue *Artic. 1. Onomatol. punct. 2. §. ult.* & ex contextu constabit: nam benedictio, quàm hæctenus per causas exposuimus, erat *voti s. votiva*; hæc vero *Laudis s. Eucharistica*: illâ noster benedicebat h. e. felicia à DEO precabatur Abramo; hæc *DEUM* pro beneficiis in Abramum totamq; regionem per insignem mirabilemq; victoriâ collatis humiliter genu flexo (quod *Radix בֵּרַךְ* importat, confer. *Artic. 1. Onomat.*) extollebat & celebrabat: Illa benedictio *Melchisedeci benedictis excellentiam supra benedictum Abramum*; conf. seq. *Comma. 5.* hæc vero ejusdem benedictis submissionem ac reverentiam erga

erga DEUM benedictum sive celebratum arguit. Est enim verbum בָּרַךְ *benedixit* ex quatuor illis, quibus Ebraei *reverentiae & honoris exhibitionem* designant, quæ Buxtorfius in Lexic. Ebraeo-Chald. ex Talmud. recenset. 1. est השתחוה 2. קרע 3. כרע 4. כרך. Ex his primum designat *totius corporis prostrationem*, Orientalibus receptam, quod Græci reddunt voce προσκυνεω conf. Pl. 95, 6. & 96, 8. Secundum denotat *verticis incurvationem*, à quo derivatur vox קרקר *verticem* signans. conf. Gen. 24. 26. & 48. Tertium significat *demissionem capitis* cum superiori corpore usque ad genua. Conf. Esth. 3. 2. Pl. 22. 30. &c. Quartum, quod nostrum est, notat *genu flexionem*, de quo supra in Onomatologia. Ex his tria, sc. 1. 3. & 4. unico versu 6. citati Pl. 95. comprehenduntur, qui ita habet: כאו נשתחוה ונכרעה ונכרעה לפני יהוה עשנו; h. e. *venite, prosternamus nos (adoremus) & incurvemus caput, congenulemus coram Domino, qui fecit nos.*

§. 5. Circa *objectum* hujus benedictionis, vocibus אל עליון signatum, nihil hic monendum. Saltem circa vocem סגן, quam *causa movens* comprehendit, notamus Vulgatum reddidisse illam in significatione *protegentis*: ita enim habet: *quo protegente hostes in manibus tuis sunt*, ac si esset à Rad. נגן *protexit cingendo*, unde הן *hortus septemunitus*, סגן *chypus, scutum*, quo quis tempore belli protegatur. Sed rectius alii reddidere per *tradidit, conclusit, compegit*: Nam Radix est סגן, unde in Piel סגן *pepigit, tradidit compactum*. Ita Munsterus, Cajetanus, A. Montanus. Conf. Poli Critic. Tom. 1. h. l.

## Comm. V. annectens

Benedictionis hujus Affectiones & finem, cum à Melchisedeco benedicente, tum à Mose illam post Titulum Sacerdotis describente intentum.

§. 1.

**A** *Causis* hujus benedictionis præcipuis ejusque *Appendice* transitimus ad *Affectiones* ejus & *finem* breviter indicandas. Non enim hic exponemus (1.) quàm *antiqua* hæc sit benedictio & benedicendi ratio: cum illa jam Abrami Patriarchæ temporibus exercita, eademque vel *similis* quoad materialia semper inter Patriarchas inde ab Ec-

R 2

clesiæ

clesie militantis fundatione fuerit. Nec (2.) quàm *bona*, tum ratione *Autoris* sive *fontis*, qui DEUS optimus, tum ratione *objecti realis*, quod sunt beneficia felicitati tam Spirituali quàm corporali destinata: tum ratione *objecti personalis*, quod Abram optimus Patriarcha, omnium credentium Pater. Nec (3.) quàm *jucunda* tum ratione *verborum*, quibus est prolata, tum ratione *beneficiorum* divinorum, quæ precatur & meram miramque spirant jucunditatem, tum ratione *effectuum*, cum beneficia illa pariant omnem felicitatem, cum spirituali in DEO aliaque honesta voluptate conjunctam. Nec (4.) quàm *utilis*, tum ratione benedictionis nomenclaturæ: quia DEI benedicere est benefacere: tum ratione *Autoris* & *fontis*, qui est DEUS optimus, qui omnia dona sua ad nostram utilitatem dirigit: tum ratione *materia* circa quam, sive *objecti* cum *realis* tum *personalis*: nam benefica divina meras Abramo mirasque pepererunt utilitates. De his enim affectionibus jam pluribus agere non magni refert.

§. 2. Saltem hinc laudamus Affectionem *excellentiæ*, quæ non tantum ex *circumstantiis personarum* tam *benedicentis* quam *benedicti*, sed etiam ex *Apostolica argumentatione*, quæ ex hac benedictione ad Ebr. 7.6.7. instituit, sic satis apparet. Si quidem Apostolus I.c. ex hac benedictione probat Sacerdotii Melchisedeciani & consequenter ipsius Christi, secundum Melchisedeci ordinem Sacerdotis, supra Sacerdotium Leviticum præstantiam. Dicit enim *Melchisedecum ei, qui habebat promissionem, benedixisse, & sine ulla contradictione quod melius est minori benedicere*: quæ certe prærogativa benedicentis non de *vulgari*, sed *autoritatis* benedictione inter Sacerdotes intelligenda est. Igitur hanc benedictionem Melchisedecianam esse *excellentiissimam* & non tantum non *vulgarem*, neque etiam *communiter eminentem, nudamque Sacerdotalem*, sed & longè eminentiorem oportet, de quibus benedictionum differentiis conf. præced. Comm. 1. Nimirum in hac benedictione respiciendum est non tam ad *genus* & *formam* sive *factum* ipsum, de quibus supra Comm. 1. nam & Levitici Sacerdotes conceptis longèque augustioribus benedicebant verbis, à DEO per Moysen Num. 6. 24. præceptis, quàm ad mysterium, quod in *circumstantiis personarum* latet, cui sc. & à quo facta est benedictio. Sicut enim Melchisedecus *figuram* Christi æterni Sacerdotis summique benedictionis *Autoris* præfulgens Abramo benedicebat; Ita & Abram, cui benedicebat & qui simul *decimabatur*, non tantum

tum Leviticorum Sacerdotum ex ipsomet oriendorum personas repræsentabat, qui in illo benedictionem acceperunt & decimati sunt: sed & prærogativâ promissionis de femine multiplicando, præcipuèqve de femine benedicto ex ipsomet oriundo exsplendescibat: quod utrumqve Apostolus ad Ebr. 7. v. 6. 7. 9. 10. *Ἀλλήλων* testatur. Ex hac ergo benedictionis Melchisedecianæ excellentia meritò Apostolus primò probat Sacerdotium Melchisedeci excellere Leviticum Sacerdotium, & deinde observata inter alias Sacerdotii Melchisedeciani prærogativas hac excellentiâ, ab eadem ad excellentiam Sacerdotii Christi supra Leviticum Sacerdotium concludit, cum Christus non secundum ordinem Aaronis sive Leviticorum, sed secundum ordinem Melchisedeci sit Sacerdos, uti apertis liquidisque verbis Apostolus profitetur Ebr. 7. II.

§. 3. Tandem quoque post *Affectiones benedictionis causam* ejus *finalem* exponimus, ut, cum *thesis* sic in tractatione finis repetenda fuerit, simul *Antithesis* proximè tractanda clariùs innotescat. Quemadmodum vero unius rei plures esse possunt fines, ita & hujus benedictionis plures esse quis negaret? Neque enim dubium est, quin suum Noster affectum Abramo, suo *ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐπίσταμεν*, devotâ hac benedictione contestari, ejusque à Patria sic exulantis *fidem inflammare* voluerit &c. Ceterum nos de hismet similibusque minimè; de illo autem *sine*, quam *thesis* definitione inclusa præcedentè Comm. I. designat, & ad nostrum omnino scopum collimat, maximè solliciti sumus. Illum vero definitio dicta his insinuat verbis: *Ut alterum quoque, sacerdotale sc. officium suum, præcedente Sacerdotis DEI altissimi titulo insinuatam, post Regiam munificentiam, proferendo panem vinumque, in convivio civili jam declaratam, devotè exerceret & luculenter declararet.* Nimirum gemino fulsisse Melchisedecum officio, Regio scil. ac Sacerdotali, Mosis testimonio sic satis patuit. Utrumque vero non tantum indicat Moses, *Regium* quidem his verbis: *Melchisedek Rex Scharlam*; *Sacerdotale* vero illis: *Et erat Sacerdos DEI altissimi*: Sed utriusque peculiarem quoque actum assignat: Regio quidem *munificam panis viniqve prolationem*; Sacerdotali verò *devotam benedictionem*. Sicut ergo regium Melchisedeci officium regiâ ejus munificentia, qua victorem Abramum è bello reducem ejusque milites fessos refocillabat: Ita & Sacerdotalè officium devotâ hac benedictione luculenter declaratum est.

§. 4. Huic autem fini geminus est, quem Sanctus Historiographus, post titulum Sacerdotis DEI altissimi, immediatè benedictionis actum commemorando, intendit. Scilicet voluit Moses hac descriptione benedictionis Melchisedecianæ ὁ Φαλμοφανεῖς declarare rationem, cur Melchisedecum præcedentē versu ut sacerdotem DEI Altissimi commemoraverit, sc. non eo, quem Papicolæ fingunt, sine, ut rationem prolationis panis viniqve redderet, sive ut causam probationis istius subderet, quasi ut Sacerdos obtulerit h. e. panem vinumqve sacrificaverit; (id quod præcedd. Dispp. 4. & 5. refutavimus) sed ut genus benedictionis seqv. v. 19. commemorandæ & rationem subsequēntis decimationis significaret, quod sc. Melchisedek ut Sacerdos benedixerit Abramo ab eodemqve decimas acceperit. Ceterum huic thesi nostræ finiqve cornua obvertunt sua Pontificii, quæ seqvens punctum invertet. Esto igitur

## PUNCT. II.

### ANTITHETICUM sive POLEMICUM,

destruens

### PONTIFICIORUM ANTITHESIN,

Qua

### Benedictionem hanc fuisse Sacerdotalem,

*Illæqve cùm Sacerdotale Melchisedeci officium, tum rationem præcedentis Tituli Sacerdotalis declaratam, præfractè negant.*

§. I.

**T**Hesi enim sic satis prolixè per causas & circumstantias adfructâ pleniùsque expensâ, Antithesin jam in Rubrica significatam destruere tantò minùs gravamur; quanquam ob pagellæ adhuc restantis angustiam vela, paulò nimis in thesi expansa, hîc contrahere jubemur. Id ergo tantùm hîc agemus, ut Pontificiorum quorundam, Ecclesiæ Neo-Romanæ Alantum argumenta referamus, nostrasqve responsiones proferamus. Ita enim (1.) *Maldonatus* su-  
peri-

petiori Disp. 5. Art. 2. laudatus: Non, inquit, necesse erat dicere, Melchisedecum esse Sacerdotem, ut benediceret: Quia quamvis sine ulla contradictione, quod est minus à meliori benedicatur, ut inquit Apost. ad Ebr. tamen non est proprium Sacerdotis benedicere, ut solis Sacerdotibus conveniat, quia multos alios non-Sacerdotes reperimus benedixisse, quemadmodum Isaac Jacobo & Jacobus duobus filiis Josephi. Quocirca non dicitur Sacerdos Altissimi, quod benedixerit Abram, sed quod obtulerit sacrificium panis & vini. Conf. Comment. ejus in Ps. 110. A. 1611. Moguntiae editus p. 797. & PichereL in Appendice Dissert. suae de Missa, lectionibus Maldonati in Ps. 110. (ubi & de h.l. egit) Lutetiae Parisiorum habitis opposita. Sed Resp. (1.) Maldonatum non tantum ipsi oggannire Spiritui S. quippe qui Ebr. 7. ostendit Melchisedecum benedixisse ut Sacerdotem: siquidem Sacerdotium Melchisedeci cum Levitico confert, atque ex hoc benedictionis actu Sacerdotii Melchisedeciani excellenriam supra Leviticum disertè probat: quæ certè probatio frivola esset, si benedictio Melchisedeci non fuisset actus Sacerdotalis: sed & ipsis fidei suæ Sociis contradicere. Etenim (a) Vasqvetius, quem præced. disp. 4. punct. 4. §. 5. laudavimus, fateri cogitur, Apostolum ad Ebr. 7. opponere Melchisedecum Leviticis Sacerdotibus eumq; excellentiorem fuisse Sacerdotem ostendere, quia omnibus Leviticis Sacerdotibus in Abramo benedixit. (b) Ribera in cap. 7. Ebr. Abrae, inquit, benedixit ut publicus DEI minister & Sacerdos. Similiter (c) Pererius præcedente etiam disp. 4. punct. 4. §. 2. citatus, disertè confessus est benedictionem fuisse actionem planè Sacerdotalem. Conf. verba ejus supra, dictâ Disp. nostra 4. (2.) Confundit Maldonatus benedictiones, cum negat benedicere solis Sacerdotibus convenire, eo quod multi alii non-Sacerdotes e. c. Isaac Jacobo, & hic duobus Josephi filiis benedixerint. Nam præced. punct. 1. Thetico, Comm. 1. §. 5. satis prolixè expositum est, quàm varia detur benedictio. Adeoque distingvendum non tantum est inter benedictionem vulgarem s. charitatis, quæ fit ex charitate & multis quoque aliis e. c. liberis, subditis, omnibusq; Christianis convenit, Parentibus, Magistratui & proximo imò & hosti benedicientibus: Et inter eminentem s. autoritatis, quæ fit autoritate officii, prout superiori Disp. 4. punct. 4. §. 3. jam tum distinximus in Resp. ad hæc Maldonati verba, ibidem etiam contra munificam (non sacrificam) panis

pānis viniqve prolationem producta : Sed & ulterius hæc benedictio  
eminens s. *authoritatis* distingvenda est, scilicet in *extraordinariam*, quæ  
*Patriarcharum* (qui in domo vel familia quoque sua, ceu Bellarminus  
seqv. §. 2. ipse fatetur, DEI Sacerdotes fuerunt: quo pertinet bene-  
dictio *Isaaci & Jacobi* ab adversario producta) item *Prophetarum & Sa-  
cerdotum Ante-Leviticorum*: quo spectat benedictio Melchisedeci: &  
*ordinariam*. &c. Conf. supr. Comm. 1. §. 5. Igitur consequentia Mal-  
donati nulla est: Etiam multi alii non-Sacerdotes benedixerunt, Er-  
go Melchisedeci benedictio non fuit Sacerdotalis.

§. 2. Deinde Bellarminus ita in contrarium abit: *non rectè di-  
cunt Adversarii Melchisedecum, ut Sacerdotem benedixisse Abrabæ; nam  
etiam Abraham erat Sacerdos: non igitur Melchisedek ut Sacerdos vel  
quia erat Sacerdos, benedixit Abrabæ, sed quia major Sacerdos, vel quia  
absolutè major erat, cum Rex & Sacerdos esset.* Sed Resp. (1.) sub no-  
mine nostro Jesuitam ora ipsi obvertere Apostolo, qui Ebr. 7. 7. ostendit,  
Melchisedecum benedixisse ut Sacerdotem. Conf. Responzionem  
nostram primam ad Arg. Maldon. præced. §. 1. (2.) Non obstat nobis,  
Abramum quoque Sacerdotem fuisse, sed potiùs adstat, uti colligere  
est legenti præcedentem §. 1. circa finem. Nec valet consequentia:  
Melchisedek benedixit Abramo Sacerdoti: Ergo Melchisedek non  
ut Sacerdos, vel quia erat Sacerdos, sed quia major erat Sacerdos A-  
bramo benedixit: Quisquis enim opus aliquod Sacerdotale, quæ ma-  
jor Sacerdos exercet, ille nihilominus quæ Sacerdos opus illud facit,  
quia major Sacerdos etiam Sacerdos est (3.) quod addit, benedixisse  
Melchisedecum *quia absolutè major erat, cum Rex & Sacerdos esset,*  
illud ipsi denuo adversatur Apostolo, qui Ebr. 7. non ex majoritate ab-  
soluta, sed respectiva sive ratione Sacerdotii concludit, & majorita-  
tem sive excellentiam Sacerdotii Melchisedeciani ex benedictione Sa-  
cerdotali excellentiori à Melchisedeco exercita disertè probat. Conf.  
præced. Comm. 5. & Rivet. Exercit. in Gen. h. 1. Thesis ergo nostra  
etiamnum talo stat firmo, sc. hunc benedictionis actum fuisse Sacer-  
dotalementem, illoque cum Melchisedeci Sacerdotium, tum ratio-  
nem, cur ipse præced. v. 18. Sacerdos DEI dicatur,  
luculenter esse declaratum. De effectu  
Sacerdotali, sc. *Decimatione*  
כֶּמֶן in seqq.

**M**elchisedech varjè variat conamina Mentis,  
 Dum mirà ludit cognitione sui,  
 Natus amore Patris Matrisqvé recusat utrumqvé,  
 Et sine Patre cluens & sine Matre puer,  
 In fragili vita cœpit subsistere qvondam,  
 Fine tamen vitæ principioqvé caret.  
 Rex & Pastor erat, junctura *Sancta* notante,  
 Nam nulli Regi sacrificare licet.  
 Ast hæc evolvis sensu *Müllere* probato,  
 Lingvæ certamen dum melioris inis.

*Hæc in grat. Dni. Respondentis app.*

**B. BARNSTORFF, D.P.P.&p.t. Rector.**

Ad præclarè doctum Dn. **MULLERUM,**

In Collegiis Theolog. Auditorem meum & Amicum dilectissimum,  
 post specimèn ex Prophetis me Præsìde nuper editum, denuo ex  
 Mose & Apostolo publicè Responsum.

**S**icut ES (a) in verbis, sic RE quoqve MULTUS & arte  
 MULTA, qvin MULTUM sedulitate vales.

Hinc uno minimè contentus vivis honore,  
 Sed specimèn studii multiplicare studes.

*Mons* (b) Tibi prima *Domus DOMINI*, me Præsìde, laudis  
 Altera materies *Melchisedecus* erit.

Sic Tua RES (a) crescit, sic LAUS (c) Tua MULTA MERETUR:  
 Hinc titulo MULTUS (a & d) five MAGISTER eris.

Interea Tibi summa TRIAS REM prosperet omnem,  
 Præmia pro gemino MULTA labore feras!

(a) *Matthæus Müllerus* Anagr. asp. exsp. *A multa re multus es.*

(b) Disp. prima ex *Isai. 2. v. 2. & 3.* nuper d. 30. Dec. habita.

(c) *Matthæus Müller.* Anagr. asp. exsp. *Laus multa meret.*

(d) Ebraea vox *רַב*, unde titulus *Rabbi*, notat multum simul ac Magi-  
 strum, eò qvòd *Magister* & arte & virtute multus esse debet,

*LMg.*

**A. D. HABICHHORST, D.**

**E**Rgone MULLEROS seqveris, MULLERE, disertos,  
 Heroumqve retro nos meminisse jubes.

Intumuit qvondam per nomina tanta Lyceum,  
 Nunc aliquid rursùm nomine turget eo.

Quando recens palmam celebri MULLERUS agone  
 Sustulit HENRICO de genitore satus;

Dum



Dum modò MATTHÆUS MULLERUS præfat id ipsum,  
Varniacisqve Deis jungit uterqve decus.  
Gratulor hoc, MATTHÆE, tibi certamen honoris,  
Fortunæqve tuæ prosit ut omne precor;  
Utqve vel HENRICOS æqves successibus olim,  
Vel quoqve MATTHÆOS sic imitère duces.  
Fulsit in HENRICIS ecclesia Rostochiensis,  
Curia MATTHÆIS jam radiosa suis.  
Et quis, MULLEROS virtutibus, oderit, ire,  
Munera quos constat munere nolle pati!

*av. G. S. W. scr.*

Georg Amsel/ Doctorand

**Q**uando Sacerdotis pia munia Melchisedeci  
Tractas, hoc offers munera grata DEO.  
Proficiat specimen studii cum laude secundum,  
Ut cito præfixum tangat, Amice, scopum.  
Inde salutandus doctusqve probusqve sacerdos  
Ex merito capias commoda plura precor.

*Amicissimo & Clarè docto Dn. Respond. paucula hæc  
gratul. amicâ manu adjicere voluit*

J. Tramitz, Starg. Pom.

So  
Seh' ich/  
wehrter Freund/  
wie ER liebet  
Tugend/Ehr und Preis/  
und sich woll erweist/  
auch läßt offenbahrlieh sehn  
SEIN vortreffliches Beginnen.  
Auf! ihr Mäusen/ laßt die Zinnen  
Des belaudten Pindus sehn/  
auf/ geht hin und preiset,  
frölich solchen Fleiß/  
den ER übet/  
wie wir seind/  
billig  
froh!

Diese wenige doch aber wollmeinende Zellen hat zu  
Ehren seinem wehrtegeschätztem Freunde auf-  
setzen wollen als sollen

Carolus Czirlinski/ von Dantsig.











p̄eriori Disp. 5. Art. 2. laudatus: Non, inquit, necess  
 chisedecum esse Sacerdotem, ut benediceret: Quia  
 contradictione, quod est minus à meliori benedicatur,  
 Ebr. tamen non est proprium Sacerdotis benedicere, ut  
 conveniat, quia multos alios non-Sacerdotes repe  
 quemadmodum Isaac Jacobo & Jacobus duobus filiis  
 ca non dicitur Sacerdos Altissimi, quod benedixerit Ab  
 tulerit sacrificium panis & vini. Conf. Comment  
 1611. Moguntia editus p. 797. & Picherel. in Append  
 Missa, lectionibus Maldonati in Pf. no. (ubi & de h. l  
 risiorum habitis opposita. Sed Resp. (1.) Maldon  
 ipsi oggannire Spiritui S. quippe qui Ebr. 7. ostend  
 benedixisse ut Sacerdotem: siquidem Sacerdotium  
 Levitico confert, atque ex hoc benedictionis actu Sa  
 deciani excellenriam supra Leviticum disertè probat  
 tio frivola esset, si benedictio Melchisedeci non fuisset  
 lis: sed & ipsis fidei suæ Sociis contradicere. Eten  
 quem præced. disp. 4. punct. 4. §. 5. laudavimus, fateri  
 ad Ebr. 7. opponere Melchisedecum Leviticis Sacerdo  
 lentiozem fuisse Sacerdotem ostendere, quia omnibus  
 tibus in Abramo benedixit. (b) Ribem in cap. 7. Ebr  
 nedixit ut publicus DEI minister & Sacerdos. Sim  
 præcedente etiam disp. 4. punct. 4. §. 2. citatus, diser  
 nedictionem fuisse actionem planè Sacerdotalem. C  
 præ, dictâ Disp. nostra 4. (2.) Confundit Maldon  
 cum negat benedicere solis Sacerdotibus convenire  
 non-Sacerdotes e. c. Isaac Jacobo, & hic duobus Jo  
 rint. Nam præced. punct. 1. Thetico, Comm. 1. S  
 positum est, quàm varia detur benedictio. Adeo  
 non tantum est inter benedictionem vulgarem s. ch  
 charitate & multis quoque aliis e. c. liberis, subditis,  
 stianis convenit, Parentibus, Magistratui & proximo  
 dicentibus: Et inter eminentem s. autoritatis, qua  
 cii, prout superiori Disp. 4. punct. 4. §. 3. jam tum dis  
 hæc Maldonati verba, ibidem etiam contra munifica



the scale towards document

del  
 ulla  
 ad  
 bus  
 esse,  
 ir  
 ob  
 A.  
 de  
 Pa  
 am  
 am  
 am  
 ise  
 pa  
 ta  
 us,  
 um  
 cel  
 do  
 be  
 ius  
 bo  
 fu  
 es,  
 alii  
 ix  
 ex  
 um  
 t ex  
 hri  
 ne  
 offi  
 p. ad  
 am)  
 anis